8. Das Amt des Secretus, magister portulanus et procurator ac magister salis ad credenciam.

a. Capitula in einer commissio vom 1. Dezember 1283; RA. n. 47 (Karolus I 1284 A) fol. 36r bis 37v.

Vgl. oben S. 9. Amtsbuch Ziff. 4.

(Solche Capitula in abweichender Form vom 29. April 1274: RA. n. 18 (Karolus I 1273 A) fol. 152b – 153b. Vgl. auch Minieri-Riccio, Codice, Suppl. I, 38 ff. n. 28.)

Am Rande: Commissio secretorum + portulanorum Principatus, Terre Laboris et Aprucii.

Scriptum est iudici Guillelmo de Rizo de Baro et iudici Leoni de Iuvenacio secretis magistris portulanis et procuratoribus ac magistris salis Principatus, Terre Laboris et Aprucii etc.[1] 169

Olim infra annum primo preterite undecime indictionis, cum predicte secretie, magistri portulanatus et procuratorum ac salis officia in Principatu, terra Laboris et Aprucio vobis pro parte curie commisimus exequenda per litteras super exercendo ipso officio vobis factas, vobis scripsimus, quod formam commissionis, secundum quam predicta debebatis officia exercere, vobis sub magno pendenti sigillo vicariatus et parvo secreto, sicut hactenus in curia domini patris nostri fieri consuevit, evestigio mittere debebamus. verum, ut predictam formam per eandem curiam domini patris nostri hactenus inventam et usque nunc continue observatam in exercendis predictis officiis habeatis, ecce formam ipsam per vos tempore vestri officii tenaciter observandam vobis tenore presencium destinamus, ~~quod~~ talis est: H sane

[I.] In primis super exercendo predicto officio secretie:

[1] quod redditus et proventus omnes ac iura quelibet ad officium dicte secretie spectancia, que per secretos illorum parcium precessores vestros fuerunt hactenus pro parte curie procurata, debita prius subastacione premissa aliisque sollempnitatibus observatis, que consueverunt et debent in hu-

---

1) Aussteller ist Karolus primogenitus, princeps Salernitanus